



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica  
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius  
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum  
MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofvrti, 1601**

VIII. Ad Serenissimvm Principem, Ioachim Marchionem  
Brandenburgensem, electorem Imperij Romani, Ioannis Trithemij Abbatis  
Spanhemen. epistola responsoria.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**

as non vnā, sed plures aperit  
litas indicit, donec Sol, quem cū  
adios suos, cunctas meritis  
ē Græca Bibliotheca nostra sub  
udinis nostræ, quibus fructuose  
narium in primis Græcum ab Aldo  
um ab eodem formis excusum Ve  
Zenobium quoque, & ea que nos  
ostrom minus æreum, cum reliquis  
is. Vale nostri memor ad Deum. E. D.  
D.V.

TRISTRO IACOBO

on voluptatis causā, sed necessitate  
ens esse cum noris & amicis, & illis  
traneis in Nouocastro, \* vbi dicitur  
Abbatis Lymurgensis hospitio  
ibus meis. Nolumus te in Span  
inentur æmuli nostri, quos abbe  
nim (vt coniectura assequimur) ne  
llimorum principum deducantur,  
cientia sua sibi contentante intel  
ter Principis erga nos clementiam  
in nobis læsi vnquam, nos propere  
ncipi Budarorum, qui nobis iam  
aca, nemini plus noxia quam lū  
do eius, pro cuius amore totus me  
ed hæc tecum frater silentio rego  
mea consilium in publicum expo  
suis ac vestimentis, quam prius  
festina: parauimus tibi locum in  
quo in secretarium assumens, quo  
nostris, tūc præcipue vobis, & dicit  
voluntatis, quem ille frater vobis  
lis omnes ad manus Prioris consti  
tibus diuinus carere non possumus  
in locum reconde disposuit, do  
r vnice atque dulcissime. E. Spira

GERIO STCAMBIO

obis per Laurentium tabularum  
& satis admirari earum multitudine  
te hominem obsequantia regis  
ex & triginta supra centum in lū  
cula, quorum vel sola nomina  
m, dulcissime Rogeri, vt quæ  
ari. Non enim tuam laterum  
libusque premamur aduersis: con  
elicta est, vnus manet imperator  
ræ studium lectionis. Hos enim  
poterit à nobis remouere imper  
a illa

IOANNIS TRITHEMII.

nulla, quo minus iter vbi que comitentur nostrum, poterit obstare aduersitas. Sæuiat quātum velit in nos Comastes ille tyrannus, furia tentet latrem: nihil auferet quod vera nobis philosophia contulit, quam charitas Dei per fidem in nobis Iesu Christi confirmauit. Quæ mihi conoporum \* syluestrium cura, qui mente stabilem dimouere proposito nequeunt? Omnis terra mihi patria est, & vnus vndique ad superos conscensus. Parum inter est vbi viuam, dum viuo mortalis. Malo viuere in exilio mente sanus rebusque pauperimus, quam adulari comastis, quos absque culpa minime quisquam laudauerit. Quales sint aduersarij nostri, quibusque dediti ludis, versiculo notabis subiecto:

Οἷος καὶ τὰ λόντρα, καὶ ἡ ἀδελφὴ πύσσω ἱερῶν  
Οὐτὶς ἴστω πῶς περὶ τὴν ὄψιν ἐστὶν ἄδελφον.

10 Ad huius sententiæ normā turba cum Principe viuit eorum qui me persecuti sunt, quibus suo tempore ad perpetuam eorum confusionem antipodas scribere curauimus. Vale nostri memor ad Deum. E Spira vi. die mensis Maij, Anno Christianorum M. D. V.

VII.

IOACHIM DEI GRATIA MARCHIO BRANDENBURGEN-  
sis, Princeps elector, Ioanni Trithemio Abbati Spanheimensi  
præceptori Salutem.

20 REVERENDE pater, præceptorum celebratissime, sumus de proximo iter arrepturi ad sacram Romanorum Regis maiestatem, affectantes in eodem itinere coram cum P. T. (prout iam dudum desiderio nobis fuisti nostri) & conuenire & interloqui, & de multis quæ nostro insunt animo, conferre tecum. Idcirco P. T. obtestamur rogamusque, vt post habitis quibuslibet alijs occupationibus suis, sese in oppidum Bun \* cis Rhenum in persona propria constituat, ad primum diem mensis Iulij proxime futuri, quo & nos ipso eodē termino (diuina clementia fauente) constituemur. Faciet in eare nobis P. T. singularem complacentiam, erga eandem fauorose & omni gratia remerendā. Valeat P. T. per æuum. Data ē Colonia nostra iuxta Spreuum, vndecimo die mensis Iunij. Anno Domini millesimo D. quinto.

\* Bonn. Am.

30

VIII.

AD SERENISSIMUM PRINCIPEM, IOACHIM MARCHIONEM  
Brandenburgensem, electorem Imperij Romani, Ioannis Trithemij Abbatis  
Spanhemien. epistola responsoria.

VENIAM ad tuam celsitudinem Serenissime Princeps in die & loco mihi constituta à te quam libentissime, tamen propter varias corporis mei agritudines vix pedem mouere quoquam posse videar. Nihil enim gratius mihi, nihil dulcius hoc tempore contingere potuisset, quam sapientissimum eruditissimumque adire te Principem, tecum versari, loqui atque differere; non quidem de paruis rebus ac minimis neque vulgaribus, sed de arduis & maximis, & tuo ingenio fecundissimo dignis, quæ triplicem nostram non abhorreant Philosophiam. Quoties enim cunque nostrarum inter nos disputationum, quas ante biennium Francfordiæ in multam consueuimus deducere noctem, in mentem recordatio venerit, toties me tuis interesse sermonibus puto, & magni aliquid audire abs te, quo mens mea per amplius in amorem cœlestis philosophiæ nostræ accendatur. Vnde mox vt relicta serenitatis tuæ epistola, ad Rheni partes te intellexi vēturum, omnis à me corporis molestia recessit, & propter mentis tripudium imbecilla corpusculi membra diu amissam virtutem recuperant, & venire ad maiestatem tuam omnia ossa mea quantotius festinant. Interea serenissime Princeps Trithemium tuum (vt soles) benigno fauore  
50 prosequere, quoniam qui semetipsum tibi spontanea voluntate in seruum tradidit, nihil eorum quæ potest, nouit, habet & intelligit imperio tuo non submisit. Iure igitur Trithemio tuo fauorabilem te patronum deinceps exhibere debebis, à quo ipsum recepisti totum quod erat suum, immo quod erat ipse sibi. Scio quod me supra meritum dignaris, ob quod excellentiæ serenitatis tuæ pene oblitus amatorum furorem cohibere vix potui.

Sed parce mihi, clarissime Princeps, quoniam audentior fui quam meam decuit paruitatem. Tuam bene valere celsitudinem opto. Ex Neometi, vicesima die mensis Iunij, Anno Christianorum

M. D. V.